

## Lezione 6. I participi presente, perfetto e futuro; il gerundivo, “participio della necessità”. Il perfetto indicativo attivo.

### 1) Participi attivi.

#### Participio presente (dal tema del presente).

*lauda-ns, laudantis*: che loda, che lodava, lodando (lodante)  
*mone-ns, monentis*: che ammonisce, che ammoniva, ammonendo (ammonente)  
*leg-e-ns, legentis*: che legge, che leggeva, leggendo (leggente)  
*audi-ens, audientis*: che ode, che udiva, udendo (udente)  
*capi-ens, capientis*: che prende, che prendeva, prendendo (prendente)

#### participio futuro (formato dal tema del supino), significato attivo.

*laudat-urus, a, um*: che loderà, che avrebbe lodato, sul punto di lodare;  
*monit-urus, a, um*: che ammonirà, che avrebbe ammonito, sul punto di ammonire;  
*lect-urus, a, um*: che leggerà, che avrebbe letto, sul punto di leggere;  
*audit-urus, a, um*: che udrà, che avrebbe udito, sul punto di udire;  
*capt-urus, a, um*: che prenderà, che avrebbe preso, sul punto di prendere

### 2) Participi passivi

#### participio perfetto (formato dal tema del supino), significato passivo.

*laudat-us, a, um*: lodato, che è stato/fu lodato, essendo stato lodato;  
*monit-us, a, um*: ammonito, che è stato/ fu ammonito, essendo stato ammonito;  
*lect-us, a, um*: letto, che è stato/fu letto, essendo stato letto;  
*audit-us, a, um*: udito, che è stato / fu udito, essendo stato udito;  
*capt-us, a, um*: preso, che è stato /fu preso, essendo stato preso;

#### participio della necessità, o gerundivo (formato dal tema del presente), significato passivo.

*lauda-ndus, a, um*: che deve/ doveva essere lodato, da lodare  
*mone-ndus, a, um*: che deve/ doveva essere ammonito, da ammonire  
*leg-e-ndus, a, um*: che deve/ doveva essere letto, da leggere  
*audi-e-ndus, a, um*: che deve/ doveva essere udito, da udire  
*cap-i-endus, a, um*: che deve/ doveva essere preso, da prendere

**N.B.** Il verbo *sum* ha solo il participio futuro *futurus, a, um*.

**A/1 Forma i participi e il gerundivo dei seguenti verbi:** *includo, is, inclusi, inclusum, includere* (rinchiudere); *duplico, as, avi, atum, are* (raddoppiare); *corripio, is, ripui, reptum, ere* (afferrare); *cingo, is, cinxi, cinctum, ere* (cingere); *venio, is, veni, ventum, ire; misceo, es, miscui, mixtum, ere* (mescolare), *noceo, es, nocui, nocitum, ere* (nuocere); *postulo, as, avi, atum, are* (chiedere); *timeo, es, timui, ere* (temere).

#### A/2 Analizza indicando il verbo di provenienza, e traduci:

*expulsus rex; principibus gubernantibus; dux oppugnaturus; defendenda urbs; absumpta pecunia; obsistentis militis; acceptorum obsidum; convertenti flumini; absumpturae divitiae; decedens miles; nocitura mala; obrutam terram; cubantibus viris; accepturas civitates; sedentes feminae; laniati pueri; damnati homines; erranti; percussis Gallia; damnaturi iudicis; sanandum vulnus; captos; futura; decepturis viris; captae urbis; adhibenda pecunia; pervenientes milites; muniendum oppidum.*

#### A/3 Traduci

1) *Dionysius Tyrannus, Syracusis expulsus, in Greciam pervenit.* 2) *Diligentia in officiis semper adhibenda est.* 3) *Taetra est avaritia, praesertim in principibus rem publicam gubernantibus.* 4) *Galli ad Clusium veniunt, Romanorum castra oppugnaturi.* 5) *Quondam feminae cum viris cubantibus sedentes cenitabant.* 6) *Publicandae sunt coniuratorum pecuniae.* 7) *Belli damna sananda sunt.* 8) *Augustus templa incendio absumpta reficiebat.* 9) *Iustitia summo studio defendenda est* 10) *Timotheus a patre acceptam gloriam multum auget.* 11) *Virtus discenda est* 12) *Debellanda sunt vitia* 13) *Pecuniae cupiditas fugienda est.* 14) *Hostium oppidum delendum est* 15) *Aegyptum Nilus inrigat et tota aestate obrutam oppletamque tenet.* 16) *Roganti melius quam* (più che) *imperanti pare.* 17) *Hostes postquam* (quando) *praetoriam navem vela dantem vident, capessunt fugam.* 18) *Nero Antoniam recusantem nuptias suas interemit* (uccise). 19) *Galli victi silent.* 20) *Caius Servilius Ahala Spurium Maelium novis rebus studentem manu sua* (di sua mano) *occidit.* 21) *Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quomodo poterit* (come potrà) *animo consistere?.* 21) *Magna est admiratio copiose sapienterque dicentis.* 23) *Castra munienda sunt* 24) *Pueri Spartiatae non ingemiscunt verberis laniati.* 25) *Post iudicium damnati ad supplicia traduntur.* 26) *Terrore percussi, Galli terga vertunt.* 27) *Captos perugas equites Romani aut interficiunt aut ad Domitium deducunt.* 28) *Sol crescentes decedens duplicat umbras.* 29) *Futura mihi nota non sunt.* 30) *Caesaris epistulas spem* (la speranza, c.ogg.) *victoriae declarantes in manu* (in mano)

teneo. 31) *Erranti viam monstra, cum esuriante panem tuum divide.* 32) *Dominus, a callido servo deceptus, ira ardet.* 33) *Romulus spolia ducis hostium gerens in Capitolium escendit.* 34) *Iacet corpus dormientis ut mortui.* 35) Inclinatam aciem (l'esercito vacillante) *Caesar solus restituit, obsistens fugientibus, singulosque retinens et in hostem convertens.* 36) *Non semper vulgi iudicium cum intellegendium iudicio congruit, sed alii probantur a multitudine, alii autem ab eis qui intellegunt.*

#### A/4. La città egiziana di Tebe

*Est in Aegypto urbs, quam hecatompylos Thebas institutores cognominarunt (denominarono), quod (perché) centum portis praedita est. In urbe, inter templa ingentia diversaque signa exprimentia Aegyptorum numinum imagines, obeliscos vidimus (vedemmo) multos, aliosque iacentes et comminutos, quos antiqui reges montium venis excisos erectosque dis superis in religione (in segno di religione) dicaverunt (dedicarono). Est autem obeliscus exacutus lapis qui ad proceritatem consurgit excelsam et radii imagini similis est. Formarum autem undique innumeras notas incisas gerit, quas hieroglyphicas appellant. Nam antiqui Aegyptii non praestituto numero litterarum, sed volucrum, arborum, ferarumque formis expresserunt (rappresentarono) omnia quae mens concipere potest (può). Has (queste) formas reges in obeliscis sculpservunt (scolpirono): ita suae gloriae memoriam ad sequentes aetates tradiderunt.*

#### B

##### PERFETTO INDICATIVO ATTIVO

PERF.	Attivo							
1 sing	-i	amav i	monu i	mis i	cep i	audiv i	fu i	ivi
2	-isti	amav isti	monu isti	mis isti	cep isti	audiv isti	fu isti	ivisti
3	-it	amav it	monu it	mis it	cep it	audiv it	fu it	ivit
1 plur	-imus	amav imus	monu ĩmus	mis ĩmus	cep ĩmus	audiv ĩmus	fu imus	ivimus
2	-istis	amav istis	monu istis	mis istis	cep istis	audiv istis	fu istis	ivistis
3	-erunt	amav erunt	monu ěrunt	mis ěrunt	cep erunt	audiv ěrunt	fu erunt	iverunt

##### FORMAZIONE DEL PERFETTO

1. Perfetto in -u-i (v-i) [-avi; -ui; -ivi]	4. Perfetto con apofonia
1 <i>laudo, -as, -āre</i> <i>lauda-vi</i>	<i>vĕnio, is, -ire</i> <i>vĕni</i>
2 <i>deleo, -es, -ĕre</i> <i>dele-vi</i>	<i>fōdio, is, ere</i> <i>fōdi</i>
2 <i>moneo, -es, -ĕre</i> <i>mon-ui</i>	<i>lĕgo, is, ěre</i> <i>lĕgi</i>
4 <i>audio, is, ĩre</i> <i>audi-vi</i>	<i>ago, -is -ere</i> <i>egi</i>
3 <i>sino, is, ěre</i> <i>si-vi</i>	<i>capio, -is, -ere</i> <i>cepi</i>
3 <i>alo, -is, ěre</i> <i>al-ui</i>	
2. Perfetto sigmatico con suffisso -s	5. Perfetto a raddoppiamento
<i>conspicio, is, ěre</i> <i>conspexi (&lt;conspexi-si)</i>	<i>cado, is, ere</i> <i>ce-cid-i</i>
<i>iungo, -is, -ere</i> <i>iunxi (&lt;iung-si)</i>	<i>fallo, is, ere</i> <i>fe-fell-i</i>
<i>mitto, -is, ere</i> <i>misi (mitt-si)</i>	<i>pello, is, ere</i> <i>pe-pu-li</i>
	<i>mordeo, es, ere</i> <i>mo-mordi</i>
	<i>curro, is, ere</i> <i>cu-curri</i>
	<i>posco, is, ere</i> <i>poposci</i>
	<i>tondeo, es, ere</i> <i>totondi</i>
3. Perfetto con caduta infisso nasale e apofonia	6. Perfetto non caratterizzato (tema perf.= infectum)
<i>linquo, is, ere</i> <i>liqui</i>	<i>bibo, is, ere</i> <i>bib-i</i>
<i>fundo, is, ere</i> <i>fudi</i>	<i>minuo, is, ere</i> <i>minuere</i>
<i>frango, is, ere</i> <i>fregi</i>	<i>solvo, is, ere</i> <i>solvi</i>

#### B1. Coniuga il perfetto dei seguenti verbi, accentando correttamente le forme.

*Sto, as, steti, statum, are* (stare); *maneo, es, mansi, mansum, ere* (rimanere); *ago, is, egi, actum, ere* (fare, condurre, spingere); *venio, is, veni, ventum, ire* (venire).

#### B2. Analizza e traduci, indicando il verbo di provenienza.

*Aravit, steterunt, dedimus, iuvisti, secui, praestiti, vidistis, iussimus, tacuimus, egistis, quaesivit, posuimus, duxisti, gessi, vixit, vicit, venisti, fugavit, miserunt, pepulerunt, habuit, tranavisti, fuit, ivit, fecimus.*

#### B3. Analizza e traduci:

1) *Hannibal M. Minucium, magistrum equitum, fugavit.* 2) *Civitates ex Britannia obsides miserunt.* 3) *Brutus et Collatinus Tarquinius reges pepulerunt libertatemque Romanis restituerunt.* 4) *Populus Romanus bonas leges iustosque*

*iudices habuit. 5) Dux per nota vada Metaurum tranavit. 6) Populus Romanus primum (avv.) sub regibus fuit. 7) Equites diu ignari et pugnae et uictoriae suorum steterunt. 8) Veniam dedimus precantibus 9) Pacem cum victis fecimus. 10) (Claudius) urbis annonaeque curam sollicitissime (con la massima sollecitudine) semper egit.*

### **Ricapitolazione**

#### **Un prodigio preannunzia la caduta di Veio.**

Nei primi tempi della repubblica, i Romani combatterono a lungo contro la città etrusca di Veio, che, assalita più volte, fu alla fine conquistata da Camillo nel 395 a.C., dopo un assedio durato dieci anni.

*Romani bello acri et diutino Veientes, intra moenis compulsos, vincere non poterant (non riuscivano), eaque mora et obsidentibus et obsessis intolerabilis erat, cum (quando) exoptatae victoriae iter miro signo dii immortales patefecerunt: subito enim Albanus lacus, neque caelestibus imbribus, neque inundatione ullius amnis adiutus, solitum modum (estensione) excessit. Legati, ad Delphicum oraculum missi, responsum dei renuntiaverunt: «Veii venient in potestatem populi Romani, si (se) lacus (del lago) aquas per agros diffuderint (riverseranno)». Etiam aruspex Veientum a nostris raptus et in castra ductus idem (la stessa cosa, c. oggi.) dixit. Ergo Romani, duplici praedictione moniti, uno tempore et religioni paruerunt et hostium urbem ceperunt.*